praestitisti virtute ne residuum pateret et esset novissimus error peior
priore. Ideo enim manifestatus est dominus deus et non humane virtutis susceptum se
in peccati negocia actionibus exuere quoniam omnis qui facit peccatum servus est pecca-
ti nec est liberatus nisi in manu forti. Jam vero postremo in hiis quoque misera-
tionibus a malo liberatus ut fiat quod scriptum est: Declina a malo et fac bonum,
in diebus illis bona largiris. Hec duo sunt gratia promerendi, que videlicet
minus bone conversationis indulges et spes optinendi, qua donas homini indig-
no et peccatori de tua tociens experta bonitate usque ad celestia sperandi pre-
sumere. || Sermo de fragmentis septem misericordiarum. Sermo xxvi.

Scitis quod fecerim septem vobis hodie misericordias proponendo, sep-
tem utique panes distribui. Nam si fuerunt sunt michi lacrime mee pa-
nes die ac nocte, quanto magis divine miserationes? Multo enim dulci-
us iste sapor reficit, multo melius amplius quam confirmant cor hominis vinum. Mul-
ta nobis in fiscellos ex hiis panibus hodie cecidere fragmenta, nam et ego ipse
sentiebam me frangendo multas cecidisse micas atque inter digitos propem-
modum elabi. Unum ipsi si collegeritis aliqua vos videritis. Ego si nondum fastidis-
tis que michi collegerim sed nuda communicabo ne forte iam in me male
dicerem abscondentis frumenta in populis. Primi utique panis si bene meministis aserv-
ationem gratie fuit qua me licet indignum a multis peccatis adhuc in seculo po-
situm custodivit. Huius ergo tria teneo fragmenta habentia prorsus magnum

Nota tria media quibus anima conservatur a peccato

delectamentum saporis et alimoniam vite. Tribus siquidem modis a peccato me me-
mini conservatum: occasionis subtractione, resistendi data virtute, affec-
tionis sanitate. Multa enim in peccatum facile cecidissem si data esset occasio sed dei
miseratione non me talis opportunitas apprehendit. In multa quoque paulomi-
nus cecidissem graviter impulsus violentia temptationis sed virtutem dedit dominus
rex virtutum ut sub me esset appetitus meus et ei quem sentiebam corpus
recte minime consentirem. Sed et a quibusdam tam longe me fecit misericordia
tua domine ut penitus abhominarer ea et ne ulla quidem eos me temptatione
lacesseret. || Secundus quoque panis fuit expectatio, qua cunctabar ubi nomen
ex indulgentiam cogitabat. Et huius ergo panis tria fragmenta accipite co-
gitantes longanimitatem quam exhibuit electione predestinationis sue quam
implere voluit et caritatem nimiam qua nos dilexit. Propter hoc enim ex-
pectans expectavit me dominus et non tradidit michi sed crudeles suos avertit
a peccatis meis quasi nolens advertere quanta deliquerim; propter hoc magnam dissi-
mulabat ut commendaret patientiam suam ut impleret electionem suam ut
confirmaret caritatem suam. || Tertio quoque panis eius scilicet merito qua tracta-
vit nos ad penitentiam tria non tamen fragmenta sed frusta vobis appono. Fuit
enim ut bene meministis compunxit cor meum excitans illud ut averteret suos vel
mentis pravitates et vulneris sentiret dolorem. Etiam exteriorem deducens ad pe-
nitentiam et preparans animum supplicia nostri et ut nichil iam noxie
remaneret delectationis meliorem michi consolationem inspirans spem indul-
gentie dedit. In hiis tribus ego conversus sum credo et vos ipsi. Jam vero

quartus panis est indulgentia. obsecro vos diligenter colligite fragmen
ta ne pereant. Sunt enim salubria valde et dulciora super mel et favum. Hic enim
ex toto indulsit et tam liberaliter omnem donavit iniuriam ut iam nec damnet
ulciscendo nec confundat improperando nec minus diligat imputando. Sunt
enim aliqui sic donantes iniuriam ut non ulciscantur sepe tamen improperent. Sunt et
alii qui sileant licet manet tamen alta mente repositum et rancorem retinent. A
nimo quidem utrumque multum plena indulgentia est. Longe ab his hominibus be
nignissima divinitatis natura liberaliter agit. Ignoscit plenarie ita ut
peccatori fiduciam prestet sed penitentibus ubi habundavit delictum soleat et gratiam
superhabundare. Testis est paulus gentium doctor. Testis est matheus de theolonio
electus in apostolum cui etiam novi testamenti primum scripture esse donatum est. Testis
et petrus cui post trinam negationem totius ecclesie pastoralis cura commissa
est. Testis denique etiam famosissima illa peccatrix cui in tempore quo scivit tanto
tanta multitudo dilectionis gressa est. Tanta postmodum idealem gratiam familia
ritatis quas accusavit meruit et pro se etiam oportuit respondere. Si pha
riseus murmurat si martha queritur si scandalizantur apostoli maria tacet
christus excusat etiam et laudat tacentem. Denique illud quante prerogative gratie
te excellentie fuit quod resurgentem a mortuis primum videre tangere prima meruit.
Sed iam transeamus ad alia. Bonum est quidem nos hic esse ubi dat fiduciam per
missionibus sed oportet etiam certa non tacere. Sextus et ultimus ipsa que est pa
nis quidem stoica ... vide merito clamare possum. Qui fecit
michi magna qui potens est. Forte parum aliquid reputatis continentiam virginum
sed ego non ita. Scio enim quos habeat oppugnatores et quante illam necesse
est virtutis ut possit. Primus siquidem continentie noster hostis caro est adversus
spiritum concupiscens qui domesticus hostis quam periculosa lucta quam intestinum bellum
hostem hunc crudelissimum nec fugere possumus o anima nec fugare circumfer
re illum necesse est quoniam alligatus est nobis. Nam quod periculosius est et misera
bilius hostem nostrum ipsi cogimur sustentare perimere eum non licet. Vides ergo
quam sollicite te custodire necesse sit ab ea que dormit in sinu tuo. Veruntamen
non est hic solus adversarius michi. Alium adhuc habeo qui circuivit
et obsedit me undique. Et si ignoratis hostis est iste presens seculum neque con
clusit inimicus vias meas et per quinque portas quinque videlicet corporis sensus ia
culis suis vulneravit sic et mors intravit per fenestras meas. Sufficere nimis
poterant isti duo. Sed heu me ecce video ventum validum venientem ab aquilone
a quo pandetur omne malum. Et nunc quid superest aliud. Domine salva nos perimus
ecce enim malleus universe terre, ecce serpens callidior cunctis animantibus, ecce
inimicus ille quem nec videre possum quanto minus cavere. Nec enim est colluctatio
nos servare volentibus continentiam continentiam autem non dico a sola luxuria sed a
ceteris quoque sicut necesse est virgines et puros adversus carnem et sanguinem tantum
sed adversus principes et potestates adversus mundi rectores tenebrarum harum
contra spiritualia nequitie in celestibus. Et quis est qui iacula eius ignea
possit extinguere. Paraverunt sagittas suas in pharetra ut sagittent

Nota quod deus totaliter indulget penitentibus peccata sua

Nota de tribus hostibus continentie

in obscuro rectos corde. Sed et nunc insidiantur ut abscondant laqueos et dicunt
quis videbit eos. Nunc quidem aperte et violenter nunc occulte et fraudulenter
semper autem malitiose et crudeliter impugnant et persequuntur nos. Et ad haec tolle-
randa non deerunt superanda quae praemisi. Credo iam vobis aliquatenus innotescit
genere difficultatis ut merito apostolus sciatis quae adeo domini sunt vobis. Orate cum
in Deo faciemus virtutem et ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. Ipse est
qui non modo carnem nostram cum concupiscentiis suis sed et praesens saeculum nequam cum cu-
riositatibus suis et vanitatibus etiam et ipsum cum temptationibus suis conteret Sa-
thanam sub pedibus nostris. Numquid non merito diximus tremendum in continentia
unde clamarem quia fecit mihi magna qui potens est. Iam vobis septimi panis
fragmenta accipite. Est autem panis iste gratia promerendi bona aeterne vi-
te quam geminis tribus maxime constare arbitror: In odio praeteritorum malorum et con-
temptu praesentium bonorum et desiderio futurorum. Septimus quippe panis est
spes optima nihilominus teneo fragmenta tua et eorum sapor dulcis admodum
gutturi meo. Tria inquam sunt quae sic roborant et confirmant cor meum ut nulla
me penuria meritorum nulla consideratio propriae humilitatis nulla aestimatio cae-
lestis beatitudinis ab altitudine spei deicere possit in qua firmiter radicatum. Desi-
deratis ea an reservanda sunt praeter eum qui dixit: Mel invenisti comede quod
sufficit tibi. Sic completur hodie quod de ipsa sapientia prophetatur et nunc ipsum
video quia qui edunt me adhuc esurient. Proinde non vos protraham
ultra sed nec fraudabo esuriem quam quidem sic patens video ac si necdum sup-
plentis quoniam Tria considero in quibus tota spes mea consistit caritatem adoptionis
veritatem promissionis potestatem redditionis. Murmuret iam quantum volue-
rit insipiens cogitatio mea dicens: Quis enim es tu aut quanta est illa glo-
ria quibusve meritis hanc obtinere speras. Et ego fiducialiter responde-
bo: Scio cui credidi et certus sum quia in caritate nimia adoptavit me quia ve-
rax in promissione quia potens in exhibitione. Licet enim ei facere quod voluerit.
Hic est funiculus triplex qui difficile rumpitur quem nobis a patria nostra in hunc
carcerem usque demissum firmiter obsecro teneamus ut ipse nos sublevet ipse
nos trahat et pertrahat usque ad conspectum gloriae magni Dei qui est benedic-
tus in saecula. Epistola sancti Bernardi ad Matheum Albinensem episcopum
de omelia sua de villico iniquitatis. Sermo xxvij.

Reverendissimo domino suo Matheo venerabili dei gratia Albinensi
episcopo frater Bernardus utinam sicut servus domino et filius
patri. Quod a Roma per dominum Stephanum carissimum nostrum Belvacensem
abbatem superintendente magnitudinis vestre parvitati meae mandavit vide-
licet quod de ea quam super evangelium de villico iniquitatis domus mihi dixisse
dominaverat vobis transcriberem et si sero nunc tandem non minimum pavidus
ne quid insulsum ibi vos offendat transmitto. Super hoc igitur quaeso vos in me
pietatis et caritatis habundare visceribus quatenus et ignoscentes in quo distu-
li et emendantes vobis correctum quod obtuli prudentie vestre re-
servavi ad id corrigendum et supplendum offero et libellum qui vulgo quinque

Spes obtinendi bona eterne vite
in tribus rebus semper consistit